Fragmentarium

[...] re manifeste
[...] an Visita vos sup
lco iiii
[...]nus et aures
[...] et oculos eius
[...] ne forte videat oculis
suis et auribus suis audiat et
corde suo intelligat et convertatur
et sanem eos Et dixi usque quo
domine Et dixit donec desolentur
civitates absque habitatore et
domus sine homine hec dicit R
Suscipe verbum virgo maria quod tibi
a domino per angelum transmissum est
concipies per aurem deum paries et hominem
ut benedicta dicaris inter omnes mulieres
V Ave maria gratia plena dominus tecum ut
Et terra relinquatur deserta lco v
Et longe faciet dominus homines
et multiplicabitur que derelicta fuerat
in medio terre et adhuc in ea
decimatio et convertetur et erit in
ostensionem sicut therebintus
et sicut quercus que expandit ramos
suos semen sanctum erit id quod
steterit in ea R Egypte noli
flere quia dominator tuus veniet tibi
ante cuius conspectum movebuntur abyssi li-
berare populum tuum de manu potentie V
Ecce veniet dominus exercituum deus tuus
cum potestate magna liberare lectio sexta
Et factum est in diebus achaz filii
ioatham filii ozie regis iude ascen-
dit rasin rex sirie et facee filius
romelie rex israel in ierusalem ad preliandum
contra eam et non potuerunt debel-
lare eam R Prope est ut veniat
tempus eius et dies eius non elongabuntur
miserebitur dominus iacob et israel sal-
vabitur V Cum ventus est veniet
et non tardabit iam non erit timor
in finibus nostris an In iii nocturno an
Intuemini quantus sit gloriosus iste qui
ingreditur ad salvandas gentes V
Ex syon species decoris Sm matheum
In illo tempore Cum audisset iohannes
in vinculis opera christi mittens
duos de discipulis suis ait illi Tu
es qui venturus es an alium expectamus
et reliqua Omelia beati gregorii pape de
Beatus iohannes baptista propter ve-
ritatem quam predicabat missus
est ab herode tetrarcha in car-
cere velud latro et sacrilegus
Dicebat enim illi non licet habere
uxorem fratris tui illo vivente
ob nullam aliam causam sic dixi eius
missus est in carcere nisi quia ve-
ritatem predicabat Cum ergo positus esset
in carcere et audisset opera christi
id est miracula que faciebat cecos
illuminando mortuos resuscitando
leprosos mundando demones ab
obsessis corporibus eiciendo Tunc
misit ad eum duos de discipulis
suis et ait illi Tu es qui venturus
es an alium expectamus ... aut R

... deo data qui sua disposicione ...nizat
non multo tempore durat
...rendi sine parte
... humane racioni

License: public_domain – Zürich, Zentralbibliothek, Raa 16a, [651] – Breviarium monasticum
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-8nnz/12229/87147)